

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliae Super Ezechielem

Gregor <I., Papst>

[Basel], 1496

Incipit Omelia. XVI. que exponit litteram in capitulo. XL. ab illa parte.[...]
Thalami autem sex cubitorum erant hincinde

[urn:nbn:de:bsz:31-313454](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-313454)

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

mo mensuratur. Calamus autem in sex cubitis et palmo tendit. quia vix in scriptura sacra doctrina perfecte operationis et iustitiae superne contemplationis inuenitur. Sin vero porta hoc loco unusquisque predicator accipit: limen exterius in porta est vita actiua. limen vero interius vita contemplatiua. Per illam quippe ambulat in fide: per hanc vero festinat ad speciem. Illa exterius ducit ut unusquisque bene viuere debeat. ista interius perducit ut ex bona vita ad gaudia eterna pertingat. Nec nos hodie tractasse sufficiat. quia enim transientes ad aliam: diu per excelsus loci sumus: ea que subiecta sunt lectioni alteri reseruamus: regandi per silentium: sperantes in verbo: quod voluit et regnat cum patre in unitate spiritus sancti. Per omnia secula seculorum. Amen.

Explicit omelia. XV.

Incipit omelia. XVI. que exponit litteram in capitulo. XL. ab illa parte. Et mensus est vestibulum porte octo cubitorum. usque ad illam partem in eodem capitulo. Chalami autem sex cubitorum erant hinc inde.

In cuius erat spiritus quasi spiritus eris mensus est vestibulum porte octo cubitorum. et fronte eius duobus cubitis.

Ne hoc vestibulum extra portam esse credemus: subditur.

Vestibulum autem porte erat intrinsecus.

Quid ergo per interius vestibulum nisi eterne vite latitudo signatur. que modo inter angustias vite presentis latet: spe mente percipitur. Spe qua per psalmistam dicitur. Intrate portas eius in confessionem: atria eius in hymnis confessionum. psalmus. 99. **E**t cum per nosram per lacrymas consistemus: anguste vite portam ingredimur. Sed cum post hec ad eternam vitam

perducimur: porte nostre atria in confessionibus laudibus intramus. quia ibi iam angustia non erit: cum nostra leticia eterne solennitatis assumpsit. Propter confessionis nostre angustiam veritas dicit. Intrate per angustam portam. Mat. 7. Et cum se psalmista recipere latitudine gaudia eterna presumperat dicebat. Statuisti in loco spacioso pedes meos. psalmus. 30. Ad atrium ergo per portam tenditur. quia ad latitudinem solennitatis pergitur ab angustia confessionis. Illa itaque gaudia que apud david atria: apud Ezechielem vestibulum intrinsecus vocatur. Unde et hoc ipsum vestibulum octo cubitis dicitur mensuratum. Ibi enim omnes recipiendi sunt qui nunc in exercitio operis laborant: et ad eterne gaudia per contemplationis gratiam suspirant. Nec immerito mensura vestibuli octo cubitis ponitur. quia septem diesbus uniuersum tempus enoluitur. Eterna etenim dies que expletur septem dierum vicissitudinem sequitur: scilicet octaua est. Unde etiam psalmista resurrectionis diem considerans. quia de extremi iudicii distractione erat locuturus: premissit titulum: dicens in finem psalmus. david pro octaua. Et enim quam octauas diceret demonstraret: diem illam tremendi terroris in psalmi inchoatione secutus est dicens. Domine ne in ira tua arguas me: neque in furore tuo corripas me. psalmus. 6. Modo enim quisquis per flagella corripitur: et correptionibus emendatur in mansuetudine corripitur non in ira. In districto autem illo examine omnis argutio atque correptio ira est. quia venia post correptionem non est. Huius octonarii numeri causa est quod post sabbatum dominus voluit a morte resurgere. Dies quippe dominicus qui tertius est a morte dominica. a conditio ne dierum numeratur octauus: quia septimum sequitur. Unde et ipsa vera redemptio nostra passio et vera resurrectio: figurauit aliquid de suo corpore in diebus passionis sue. Sexta enim feria passus est. sabbato quiescit in sepulchro. dominica die surrexit a morte. Presens etenim vita nobis adhuc sexta est feria: quia in doloribus ducit et in angustijs cruciatur. Sed sabbato quasi in sepulchro

quiescimus quia requiem anime post corpus inuenimus. Dominico vero die vltimelictet a passione tertio: a conditione vltimimus octauo. iam corpore a morte resurgemus: et in gloria anime etiam cum carne gaudebimus. Quod ergo mire saluator noster fecit in se hoc veraciter significauit in nobis. vt nos dolor in sexta: et requies in septima: et gloria excipiat in octaua. Hinc per Salomonem dicitur. Partes septem necnon et octo. quia ignoras quid mali futurum sit super terraz. **Ecclesi. 6.** Partes etenim septem simul et octo damus: quando sic ea que septem diebus enolunt disponimus: vt per hec ad bona eterna veniamus. Et dum modo caute agimus: postmodum venientis tremendi iudicii ira deuiteretur. Octo itaque cubitos vestibulum mensuratur intrinsecus. quia per lucem que post septem dies sequitur: latitudo nobis eternitatis aperitur. Sed nemo ad illam venit: nisi qui hic dilectione dei ac proximi deuota mente tenuerit. **Ande et subdit.**

Et frontem eius duobus cubitis.

Frons etenim porte est boni meritum vite presentis. Sicut enim vestibulum intrinsecus superna requies debet intelligi: ita per frontem porte necesse est qualitate visibilibus vite signari. **Frons** ergo porte duobus cubitis mensuratur. quia quisquis hic dilectione dei ac proximi seruare studuerit: ipse ad eternitatis atrium pertingit. **Alia** igitur nostra vt duobus cubitis sit mensurata: tendi quotidie per charitatem debet in amore dei simul et proximi. **Non** enim charitas vera si minus a duobus cubitis habet. **Ande** moyses cum per colores vestium electorum virtutes exprimeret in ornamento pontificis his tinctis coccum tubet adhiberi. **Exod. 28.** Quid namque per coccum nisi charitas designatur: quae semper flamma amoris accendit. **Sed** coccus his tingitur quando non solum ex amore dei: sed etiam proximi nostra charitas inflamatur. **Itaque** quisquis sic amat deum vt commisit sibi proximi curam relinquit: adhuc in eo coccus semel tinctus est. **Et** quisquis

sic amat proximum vt minuat desiderium quod flagrare debet in deum: non est adhuc in eo color tincture geminatus. **Debemus** ergo et amare eos cum quibus viuimus: et ad illum totis desideriis anbelare in quo veraciter viuamus. **Ecce** enim ad fidem atque ad audiendum verbum omnipotentis domini nos qui religioso induti habitu videmur: ex diuersa mundi qualitate conuenimus: atque ex dissimilibus iniquitatibus in sancte ecclesie concordia congregati sumus. ita vt iam patenter factum esse videatur quod de promissione ecclesie per **Esaiam** dicitur. **Habitabit lupus cum agno et pardus cum hedo accubabit.** **Esai. 11.** Nam per sancte charitatis viscera lupus cum agno habitat. quia hi qui in seculo raptores fuerunt cum mansuetis ac mitibus in pace conquiescunt. **Et** pardus cum hedo accubabit. quia is qui peccatorum suorum maculis varius fuit: cum eo qui se despiciat et peccatorum faretur humiliare consentit. **Ubi** et subditur. **Uitulus et leo et ouis simul morabuntur.** Quia et is qui per contrarium cor ad quotidianum se deo sacrificium preparat. et alius qui tanquam leo ex crudelitate seuebat. et alter qui velut ouis in innocentie sue simplicitate perduratum: caulis sancte ecclesie conuenerunt. **Ecce** qualis est charitas que per diuersitates mentium accenditur. cōcremat. conflatur. et quasi in vnam auri speciem reformat. **Sed** in eo quod se electi sic amant: ad illum necesse est vt festinent: quem eterno gaudio in celis videre mereantur. **Unus** est etenim dominus ac redemptor noster: qui et hic electorum suorum corda ad vnanimitatem ligat et ad supernum amorem per interna desideria semper stimulat. **Ande** et illic subditur. **Et puer paruulus minabit eos.** **Ibidem.** **Quis** iste est puer paruulus: nisi de quo scriptum est. **Puer natus est nobis: filius datus est nobis.** **Qui** simul habitantes minatur: quia ne in terrenis rebus corda nostra inhereant: et hec per internum desiderium quotidie inflammat. **Et** hoc ipsius eius minare: est ad suum nos ad

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

more incessanter accendere: ne cum nos vltimū diligimus mēte in hoc exilio remanemus: ne quies hui⁹ vite sic placeat vt ad obliuionē patrie perducatur: ne delectata mens p̄peris torpeat. Unde et donis suis flagella p̄miserat: vt nobis omne quod nos in seculo delectabatur amarescat: et illud incendiū surgat in animo qđ nos semp̄ ad celeste desiderium in quiete excitet: atq; vt ita dicā delectabiliter mordeat: suauiter cruciet: hilariter cōtristet. Puer & nos paruulus minatur: qđ is qui paulominus q̄ angeli minoratur est per charitatē quā nobis tribuit: in hoc nos mūdo mentē figere nō permittit. Bis tinctus itaq; in nobis coctus est: si et hic p̄ximos nostros sicut nos diligim⁹: et ad auctore omnium cū ipsi quos diligimus festinamus. Si igit̄ vita nostra de perfecta charitate bis tingitur: frons in nobis porte duob⁹ cubitis mensuratur. Siue igit̄ doctor: seu sacri eloquiū vel certe fides porte nomē signet: in mēsurā vtriusq; cubiti charitas nō incōuenienter accipit: quia et ille vera p̄dicat: qui dei ac p̄ximi amorē docet. Et ipsa est certa sciētia quā charitas edificat: et fides robusta est que se in dilectiōe dei ac p̄ximi exercet. Sequitur.

Porro thalami porte ad viam orientalem tres hinc: et tres inde: et mensura vna triū.]

Quid thalami: quid via orientalis designet ita superius dixim⁹: nec replicare latius necessariū putamus. Sed querendū nobis est: qđ est qđ dicit: tres hinc et tres inde? Thalami quippe iuxta viā orientalem sunt corda feruentium in amore dei. Et siue hi qui electi in testamēto veteri fuerūt siue hi qui in testamēto nouo secuti sunt: nimirū cōstat: quia omnes ex amore trinitatis accessi sunt. Reges em̄ vere dei diligēt: si eius ē trinitatis que deus est gratiā nō acceperunt. Iuxta viā ergo orientalem tres hinc et tres inde sūt thalami: quia dñs inter veteres et nouos patres dñs incarnari dignatus est: quasi in medio thala-

moz via orientalis apparuit: qui thalami ad verā speciem ex trinitatis sunt cognitio ne decorati. Sin vero ad virtutes electorum eundē numerū referamus: tres sūt virtutes sine quibus is qui aliqđ operari iam potest: saluari nō potest: videlicet fides: spes: charitas. Et quia eadē fides: spes: et charitas in antiquis patrib⁹ que in nouis doctorib⁹ fuit: iuxta orientalem viā tres hinc et tres inde thalami describunt. Mel certe quia tres patrū veterū distinctiōes fuerūt: tres quoq; nouorū sub gratia sequuntur. Aetus quippe popul⁹ habuit p̄res ante legē: ac deinde in lege: et postmodū p̄phetas. In nouo autē populo prius hebreorū p̄miciie crediderūt: postmodū plenitudo gentiū fidē secuta est: ac deinde in fine seculi hebreorū reliquie saluant. Roma. 9. Quia ergo incarnatio dñi et eius periorū parte p̄res ante legē: patres in lege: atq; ad extremū p̄phetas habuit: et ex posteriore fideles ex hebreis: fideles ex gentibus: ac postmodū hebreorū oēs reliquias collegit: orientalis via tres hinc: et tres inde thalamos habere memorat. Sed hoc quoq; nō incōuenienter accipim⁹: si tres esse fidelium ordines dicamus. Siue nāq; in veteri seu in nouo testamēto: alius est ordo predicantium: alius cōtinentium atq; alius bonorū cōiugatorū. Unde et idē p̄pheta in superiori parte tres viros liberos vidit: noe daniel et iob. Ezech. 14. in quib⁹ videlicet tribus p̄dicatores: p̄tinentes: et cōiugati signi sunt. Nam noe archamūdīs rexit: atq; ideo figuram rectorū tenuit. Daniel in aula regia abstinentie desditus fuit: et iccirco vitā cōtinentiū signauit. Iob vero in cōiugio positus: et curam domus p̄prie exercens placuit: per quē digne bonorū cōiugatorū ordo figuratur. Quia ergo etiā ante mediatoris aduentum et p̄dicatores et cōtinentes ac boni cōiugati fuerūt: qui eundē eius aduentū p̄stolarent: et magna hūc sibi desiderij videre cuperent: et postmodū predicatorum: cōtinentes: ac boni cōiugati sicut cernimus existūt. Qui redemptorē nostrū iam des-

deramus incarnatū: sed in maiestatis sue gloria cōtemplandū: orientalis via tres hinc et tres inde thalamos habet: iuxta psalmiste vocē: qui de eadē via videlicet redēptore nostro dicit: In circuitu ei⁹ tabernaculū eius. ps. 17. Sed pensandum nobis est sollicita intentiōe quod dicitur quia mensura vna triū. Cum em̄ longē sit a continētibus ⁊ tacētibus excellētia predicatorū: ⁊ valde a cōiugatis distet eminētia continētū: quid est q̄ vna mēsurā dicitur triū? Cōiugati quippe quāuis ⁊ bene agāt: omnipotentē deū videre desiderēt: domesticis tamen curis occupant: ⁊ necessitate cogēte in virosq; mētē dīuiz dūt. Continētes autē ab huius mūdi actione remoti sunt: ⁊ voluptatē carnis etiam a licito cōiugio resingunt: nulla cōiugis nulla filiorū cura: nullis officiis ac difficilibus reifamiliaris cogitatioibus implicant. Predicatores vero nō solū se a vicij coerēt: sed etiā alios peccāte p̄hibent: ad fidē ducūt: in studio bone cōuersationis instruunt. Quomō ergo vna eorū mensura est: quorū vite equalitas vna nō est? Sed mēsurā vna triū est: quia etsi in eis meritōz magna est diuersitas: tamen distātia in fide in qua tendunt nō est. Hā eadē fides que istos solidat in maximis: filiorū infirmitatē continet in paruis. Vel certe triū vna mēsurā est: qz in retributione vltima quāuis eadē dignitas omnibus nō sit: vna tamen erat omnibus vita beatitudinis. Unde per semetip̄m dñs dicit: In domo patris mei māssiones multe sūt. Iobis. 14. Sed tamē qui in ea ducti sūt: quāuis in diuersis horis venerint: vnum denariū perreperūt. Quia itaq; ratiōe cōueniant māssiones multe cū vno denario: nisi quia diuersē quidē beatorū ciuium dignitates erūt: sed tamen vna requies eterne retributiōis. Nam ⁊ si dispar erit mēsurā singulorū: non erit diuersitas gaudiorū: quia ⁊ si alter minus: atq; alius amplius exultat: omnes tamen vnū gaudium de cōditoris sui visiōe letificat. Hoc quoq; est siue de veteribus seu de nouis patri-

bus sentiendū: quia oriētalīs via cū tres hinc ⁊ tres inde thalamos habet: mensura vna triū est: quoniā ip̄a fides atq; ip̄m meritū tenuit: corda precedentū: que respleuit corda sequentiū sub testamēto nouo positorū: sicut ⁊ per paulū dicit: Habētes autē eundē spiritū fidei. 2. Corint. 4. Sicut scriptū est. Credidi p̄pter quod locutus sum. ps. 114. Et nos credimus: propter qd ⁊ loquimur. Spiritales quippe illi patres omnipotentē deū trinitatē ita esse crediderunt: sicut eandē trinitatē noui patres aperte locuti sunt. Esaias nāq; audiuit angelica agmina in celo clamātia. Sanctus: sanctus: sanctus dñs deus sabaoth. Esai. 6. Et em̄ personarū trinitas monstrare: tertio sanctus dicit: Sed vt vna esse substantia trinitatis appareat: nō dñi sabaoth: sed domin⁹ sabaoth esse perhibet. Quod dauid quoq; sentiētiū ait: Benedicat nos de⁹ noster: benedicat nos deus. ps. 66. Qui tertio dixisset deus: vt vnū esse hūc ostenderet: subdit. Et metuāt eum omēs fines terre. Paul⁹ quoq; loquit̄ dicens: Quoniā ex ip̄o: et per ip̄m: ⁊ in ip̄o sunt om̄ia. Romā. 12. Ex ip̄o videlicet: ex patre. Per ip̄m: per filiū. In ip̄o autē: in spiritu sancto. Quē ergo ip̄m cū tertio dixisset: adiunxit. Ip̄s gloria in secula seculorū amen. Qui em̄ nō dixit: ip̄is sed ip̄i: dicendo ter ip̄m distinxit p̄sonas. Et subiūgendo: ip̄i gloria nō diuisit substantiā. Quia itaq; vna est veterū ac nouorū patrū fides: recte thalamorū describit̄ mensura vna triūz. Quē verbis alijs replicat cū subdit.

[Et mensura vna frontū.]

Ex vtraq; em̄ parte est mensura frontū: quia patres nostri vel prius a veteri: vel nunc a nouo testamēto venientes: in vna mediatoris fide cōueniūt. Qui pro eo qd charitate pleni sunt: carnē suam abstinent: edomant: corda audientiū predicationis lumē illustrāt: signa faciūt: virtutes operant. Per hoc quod eorū bona nobis foris innotescūt: non immerito hui⁹ cele-

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

stis edificij frontes vocant. Omne enim quod nunc in aperto ostendit frons est: ut illud sit vestibulū edificij: quod nobis interius reservatur. Unde et sancte ecclesie in cantico canticorum dicitur: Sicut cortex mali punici gene tue absque occultis tuis. **Canti. 6.** Bene quippe sunt sancte ecclesie spirituales patres: qui nunc in ea miraculis coruscant: et velut in eius facie venerabiles apparent. Cum enim videmus multos mira agere: ventura prophetare: multum perfecte relinquere: celestibus desiderijs ardere: sicut cortex mali punici sancte gene rubent. Sed quid istud omne quod miramur in illius rei comparatione de qua scriptus est. **Isaie. 64.** Quod oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in corda hominis ascendit: que preparavit deus diligentibus se. **2. Corin. 12.** Bene ergo cum miraretur genas ecclesie: subdidit. Absque occultis tuis. Ac si aperte diceret. Ea quidem que in te non latent magna sunt: sed illa valde ineffabilia que latent. Sequitur.

Et mensus est latitudinem liminis porte decem cubitorum: et longitudinem porte tredecim cubitorum.]

Multa superius de porte significatione iam diximus. Sed vnu tenere aliquid debemus per quod possit et cetera lectoris prudentia penetrare. Dictum quippe est: per portam scripturam sacram posse figurari. Sed hoc nobis modo laboriose discutendum est: cur latitudo liminis porte decem cubitis: et longitudo porte tredecim mensuratur. Hoc autem loco longitudo porte altitudo dicitur: sicut nos longitudo stature dicimus: quem altum videmus. Nam longitudo porte dici in transverso non potest: cuius latitudo per decem cubitos demonstratur. Quid ergo latitudo liminis porte: nisi lex testamenti vete-

ris fuit: et longitudo porte: nisi gratia testamenti novi? Quia videlicet scriptura sacra dum per testamentum vetus crima operum compescuit dare decimas precepit: quasi per mandata humilia in luminis latitudine iacuit. Sed dum per testamentum novum cogitationes pravas coercuit: derelinqui omnia: et pro deo vitam corporis iussit cum presenti seculo despici: quasi porta nostra in longitudo altitudine surrexit. Minora quippe precepta israelitico populo per legem date sunt. Unde et eodem populo moyses in campo locutus est. **Exodi. 19.** Altitudo domus sanctis apostolis dedit. **Mathei. 5.** Unde et eisdem mandatis vite in monte docuit. Dum vero redemptor noster per euangelium dicit: Nolite putare quoniam veni solvere legem: aut prophetas: non veni solvere sed adimplere. Ibidem. Adimplere enim venerat legem: qui legis iusticie gratiam addidit: ut quod illa iubebat in minimis ipse perfici adiuveret in sumis. Et quod illa coercerat ab opere: ipse refecaret a corde. Intellecta ergo lex que in latitudine iacuit: in altitudine surrexit. Ita enim dei cognitio que apud illam in spiritualibus patribus fuit: nota omni hebreorum populo non fuit. Nam omnipotentem deum: sanctam videlicet trinitatem cum prophete predicarent populus ignorabat: solum decalogum tenebat in fide: legem trinitatis nesciens. Mensuretur ergo latitudo liminis porte decem cubitis. Et quia durus ille populus subtilitatem fidei ignorans: mandatis serviebat decalogi. Mensuretur ergo longitudo porte tredecim cubitis: quia per testamentum novum in corde fidelis populi super mandata decalogi quem verius custodit cognitio trinitatis crevit. Et cum mandata legis perficit: trinitatem esse omnipotentem dominum credidit. Abi et queri rationabiliter potest: cur istam latitudinem liminis porte quas superius dixerat vno calamo mensurari: inferius subiunxit:

¶ decem cubitis mensuretur: ac deinde subditur: q̄ longitudo porte tredecim sit cubitis mēsurata: vnus etenim calamus tam sicut sepe dictum est sex cubitos habet ⁊ palmū: decem vero cubiti iam mensuram suam calamū tenent: tredecim vero amplius q̄ decem. Quid est ergo q̄ prius vno calamo limen porte: postmodum latitudo eius decem cubitis: ad extremum quoq; longitudo porte tredecim mensuratur: nisi q̄ sancti Patres quos per sacram scripturam ante legem fuisse cognoscimus: vnū quidem omnipotentē deū sanctam videlicet trinitatē esse nouerūt: sed eandem trinitatem quam cognouerunt aperte minime predicauerunt: qui eius iussionibus obediētes ⁊ rite iudiciam conseruantes quasi in sex cubitis calami habuerūt perfectionem operis: ⁊ sepe angelos videntes habuerunt palmū contemplatiōis. Data autem lege rudus ille hebreorum populus mandata decalogi seruare conatus est: sed tamen de cognitione sancte trinitatis eruditus non est. Et quamuis hanc spiritales patres perfecte cognouissent: multitudo tamen synagoge nec inuenire mysteriū trinitatis potuit: nec querere scilicet. Super ueniente autem gratia per testamentū nouū: omnis fidelis populus vnū deum trinitatem esse cognouit: ⁊ virtutem decalogi eius agnitioe compleuit. Prius ergo limen porte mēsuretur calamo vno: postmodum latitudo eius cubitis decem: atq; ad extremū lōgitudō porte cubitis tredecim: quia ⁊ sanctis patribus ante legē actiua et contemplatiua vita non fuit: et sub lege decalogi populus diuine substantie mysterium nesciens in mandatorum latitudinem seruauit. Et nunc sub gratia custoditis verius decalogi preceptis omnis qui ad fidem venerit: sancte trinitatis sacramenta cognoscit. Quia in re hoc quoq; nobis sciendum est: quia et per incrementa temporum creuit scientia spirituum patrum. Plus namq; Moyses q̄

abraham: plus propheta q̄ moyses: plus apostoli q̄ propheta in omnipotentis dei scientia eruditi sunt: fallor: si hec ipsa scriptura non loquitur. Pertransibunt plurimi: ⁊ multiplex erit scientia. Danie. 12. Sed hec eadem que de abraham moyse prophetis et apostolis diximus: ex eiusdem scripture verbis si possumus ostendamus. Quis enim nesciat quia abraham cum deo locutus est: ⁊ tamen ad moysen domin⁹ dixit: Ego sum deus abraham: deus ysaac: ⁊ deus iacob: ⁊ nomen meū adonay nō indicaui eis. Exod. 6. Ecce plus moysi q̄ abrahe innotuerat: qui illud de se moysi indicat quod se abrahe non indicasse narrabat. Sed videamus si propheta plus q̄ moyses diuinam scientiam apprehendere potuerunt. Certe psalmista dicit: Quomodo dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. ps. 118. Alii subiungit. Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Et iterum. Super seniores intellexi. Ibidem. Qui ergo legem meditari se memorat: et super omnes docentes se: ac super seniores intellexisse testatur: quia diuinam scientiam plusquā moyses acceperat: manifestat. Quomodo autem ostensuri sum⁹: quia plus sancti apostoli edocti sunt q̄ propheta: Certe veritas dicit: Multi reges et propheta voluerunt videre que videtis: et audire que auditis: sed non viderūt. Luce decimo. Plus ergo q̄ propheta de diuina scientia nouerunt: quia quod illi solo spiritu viderant: ipsi etiam corporaliter videbāt. Impleta itaq; est ea quam superius diximus danielis sententia: quia pertransibunt plurimi: et multiplex erit scientia. Danie. 12. Mensura ergo calami qui est sex cubitorum et palmo ducatur ad cubitos decem: et mensura decem cubitorum ad extremum surgat in tredecim. Quia quanto mundus ad extremitatem ducitur: tanto nobis eterne scientie adi⁹ largius aperitur. Sequitur.

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Et marginez ante thalamos cubiti vnus.]

Sicut sepe diximus: thalami corda electorum sunt omnipotentis amoris feruentia. quod per marginem ante thalamos: nisi fides exprimitur? **¶** Non prius ipsa teneat. nullo modo ad spiritalem amorem pergit. **¶** Non enim charitas fide: sed fides charitatem precedit. **¶** Nemo enim potest amare quod non crediderit. **¶** Margo itaque est ante thalamos: fides ante ardorem charitatis. **¶** Sicut dictum est nisi ea que audis credideris: ad amorem eorum que audieris nullatenus inflammaberis. **¶** Sed margo ante thalamum cubiti vnus est. quia tunc fides corda audientium in amore copulat quando per errores et scismata diuisa non est: sed in vnitatem perducit. **¶** Et videlicet margo vnus cubiti audientis animum ad thalamum perducit: qui celestis spiritus specie quam hic predicat: postmodum in celestibus demonstrat. **¶** Et bene subdit.

Et cubitus vnus finis vtriusque.

¶ Vtriusque autem dicitur: ac si dicat vtriusque. **¶** Per latitudinem quippe liminis et longitudinem porte: vetus ac nouum testamentum diximus designari. **¶** Ad extremum vero addit quod cubitus vnus sit finis vtriusque. quia videlicet et testamentum vetus vnum nobis mediator dei et hominum nuntiavit. et testamentum nouum eundem nobis nuntiat in eterna claritate venturum. quem iam pro nobis cognouimus incarnatum. **¶** Cubitus ergo vnus vtriusque est. quia et quem lex predixit in carne apparuit. et ipse quem nunc testamentum nouum loquitur in gloria maiestatis apparebit. **¶** Et tunc vtriusque finis erit: cum visus in diuinitatis sue potentie omnia que sunt predicta contempnerit. **¶** Scriptum namque est. **¶** Finis legis Christus ad iusticiam credenti. **¶** Rom. 10. **¶** Finis videlicet non qui consumitur: sed qui perficit. **¶** Tunc enim legem perficit: cum sicut lex preceperat incarnatus apparuit. **¶** Sed adhuc de eius iudicio multa nouum testamentum loquitur: adhuc multa de regno illius narrat que necdum videmus impleta. **¶** Ecce quo

quod die euangelium legimus. ventura predicant. **¶** Tunc ergo erit et nouum testamentum finis: cum et que de se promissum contempnerit. **¶** Finiet vero testamentum nouum quia perficiet. **¶** Nam cum ipse de quo loquitur visus fuerit: eiusdem testamenti verba cessabunt. **¶** Unde et sancte ecclesie veri luminis die quasi tempus veniale prestolanti per sponsi vocem dicitur. **¶** Surge propera amica mea. columba mea. formosa mea et veni. **¶** Jam enim hiemps transiit: imber abiit et recessit. flores apparuerunt in terra. **¶** Cant. 2. **¶** Siue enim sancta ecclesia seu vnaquęque electa anima. celestis sponso est amica per amorem. columba per spiritum. formosa per morum pulchritudinem. **¶** Que cum iam de corruptione carnis ducitur: et perculdubio hiemps transiit. quia presentis vite temporis abscedit. **¶** Imber quoque abiit et recessit. quia cum ad contemplandum in sua substantia omnipotentem deum educitur: iam verborum gutte necessarie non erunt: ut pluuia debeat predicationis infundi. **¶** Nam quod minus audire potuit: amplius videbit. **¶** Tunc apparet flores in terra: quia cum de eterna beatitudinis vita quedam suauitatis primordia preguistare anima ceperit: quasi iam in floribus odorata erit. **¶** Quod postquam egressa fuerit: in fructu uberius habebit. **¶** Unde et illic subditur. **¶** Tempus putationis aduenit. **¶** Ibidem. **¶** In putatione quippe sarmenta sterilia reciduntur: ut ea que preualent uberius fructum ferant. **¶** Hinc itaque putationis tempus tunc aduenit: quando infructuosam ac noxiam corruptionem carnis deserimus: ut ad fructum anime peruenire valeamus. **¶** Qui fructus nobis erit uberimus: visio vnius cubiti. **¶** Ergo vnus est finis vtriusque. quia vnus est ille qui dixit. **¶** Singulariter sum ego donec transeas ps. 140. **¶** Qui solus cum patre et sancto spiritu presidet in celo: sicut passer vnicus in edificio. **¶** Quem admodum impleuit legem per mysterium incarnationis et perfecte humanitatis fuit: ita testamentum ei noui promissa implebitur est per ostensam gloriam claritatis sue. **¶** Hunc vnum nobis cubitum mensura quoque archę

locuta est. **A**rcha est que trecentis cubitis fieri in longitudine iussa est: sexaginta vero latitudine: triginta autē in altitudine: in vno est cubito cōsummata. **Q**uid enī per archā nisi sancta ecclesia figurat, que inferius ampla est: supius angusta? **Q**ue a trecentis et sexaginta ac triginta cubitis ad vñū cubitū colligit: qz latitudinē quā sancta ecclesia in mēbris suis adhuc infirmatibus habet: paulisper angustata et in altū pficiēs ad vñū tendit. **I**pa enim ratio erigit vt credam? qz in illa archē latitudine omēs bestie: cūcta quadrupedia atqz reptilia in inferioribz fuerūt. **H**omo vero atqz volatilia nimirū in superioribz? **I**uxta superiorē etēn partē fenestra fuit in latere: de qua coruū vel columbā dimisit homo: vt si iā diluuij trāssisset aqua cognosceret. **E**t qz archa eadem in vno fuit cubito cōsummata: homo et volatilia iuxta cubitū fuerūt. **R**ecte itaqz per archā vniuersa ecclesia designat: que adhuc in multis suis carnalibz lata est: in paucis spiritalibus angusta. **E**t quia vñū hōiem qui est sine peccato colligit: quasi in vno cubito cōsumat. **V**idemus etēn multos intra eiusdē sancte ecclesie sinū in superbia erigi: in carnis voluptate dissolui: acqz redīs terrenis rebz inbiare: impetrāte auaricia mare transire: deferuire iracūdiē iurgijs vacare: p̄cios quos p̄ualēt ledere. **E**t qz eos adhuc sancta ecclesia tolerat vt cōuertat: quasi in archē latitudine deorsuz bestie morant. **V**idemus alios iā aliena nō querere: illatas iniurias equanimiter portare: rebus p̄p̄is esse p̄tentos: humiliter viuere. **S**ed quia isti iam pauci sunt angustat archa. **A**lios autē cōspicimus etiā possessa relinquere: nullū terrenis rebus studiū dare: inimicos diligere: carnē a cūctis voluptatibus domare: motus omnes sub ratiōis iudicio premere: per celeste desiderij contemplatiōis pennas subleuare. **S**ed qz tales quicqz valde rari sūt: in archa iuxta cubitū ducunt vbi homines et volatilia cōtinent. **Q**uerat tamen siqz in eis esse valeat sine peccato: et nullus in

uenit? **Q**uis itaqz homo sine peccato est nisi ille qui in peccato natus non est? **I**n vno ergo cubito cōsummat archa: qz vñū est auctor et redemptor sancte ecclesie sine peccato: ad quē omnes proficiūt qui se esse peccatores nouerūt. **D**icat itaqz de lamine et porta. **E**t cubitus vnus finis vtrūqz. **Q**uia cum vnus mediator dei et hominū x̄pus Iesus in maiestate sua apparuerit: omnia vtriusqz testamēti que predicta et p̄missa sunt compleuit. **S**in vero vtraqz hoc loco marginē ac thalamos memorat: neqz hoc ab hac sententiā abhorret: quia cū maiestas redemptoris nostri fuerit offensa finit fides: cū iam ceperit videre homo qd credidit. **E**t ad finem suū perueniūt thalami: quia corda fidelij incomparabiliter longe qz modo sunt in amore illius perficiunt. **C**ubitus ergo finis vtrūqz est: quia vnus domini et saluatoris visio in electis suis fidem finit: et charitate perficit. **C**onsiderare libet: qui nos sumus qui ista tractamus? **C**erte ex gentibz venimus: certe parētes nostri lignoz ac lapidum cultores fuerūt. **V**nde ergo hoc nobis: vt (ea quoqz que nūc vsqz hebrei nesciūt) ezechielis p̄phete tam pfunda mysteria rimemur? **A**gamus ergo gratias toto desiderio vni: qui cūcta que de eo in sacro eloquio scripta sunt opere impleuit: vt que intelligi audita nō poterat: vna panderent. **I**bi quippe incarnatio: ibi passio: ibi mors: ibi resurrectio: ibi ascensio illius continet. **S**ed quis nostrū hec audita crederet: nisi facta cognouissz? **S**i gnātū ergo libz sicut in iohānis apocalypsi legit: quē aperire et legere nemo poterat: leo de tribu iuda aperuit. **A**pocal. 5. quia omnia eius nobis mysteria in sua passione ac resurrectione patecēt. **E**t per hoc qz infirmitatis nostre mala pertulit: sue nobis potētie et claritatis bona monstrauit. **C**aro enī factus est vt nos spirituales faceret: benigne inclinat est vt leuaret: existit vt introduceret: visibilis apparuit vt invisibilia mōstraret: flagella pertulit vt sanaret: opprobria et irrationes sustinuit vt

Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

ab opprobrio eterno liberaret: mortu⁹ est
vt viuificaret. Agam⁹ ergo gratias viuifi-
cati⁹ et mortuo: et ideo amplius viuifica-
ti: qz mortuo. An hñ salutē nostrā et pas-
sionē illius esaias cōtemplatus ait: Et fa-
ciat opus suū: alienū est opus eius: vt ope-
ret⁹ opus suū: peregrinū est opus eius ab
eo. Isa. 27. Opus etenim dei est animas
quas creauit colligere: ad eterne lucis gau-
dia reuocare. Flagellari autem atqz ipu-
ris liniri: crucifigi: mori: atqz sepeliri nō
hoc in sua substantia opus dei est: sed opus
homis peccatoris: qui hec omnia meruit
per peccatū. Sed peccata nostra ipse per-
tulit in corpe suo super lignū. 1. Petri. 2.
Et qui in natura sua ante semp in cōpre-
hensibilis: in natura nostra cōprehendi di-
gnatus est ac flagellari: nisi ea que erant
infirmittatis nostre susciperet: nunq nos
ad sue fortitudinis potentiā subleuaret.
Unde ergo faciat opus suū: alienū opus
eius: et vt operet⁹ opus suū: peregrinū est
opus eius ab eo: quia incarnatus de⁹ vt
nos ad suā iusticiā colligeret: dignat⁹ est
pro nobis tanq peccator homo vapulare.
Et alienū opus fecit vt faceret propitiū:
quia per hoc qz infirmās mala nostra su-
stinuit: nos qui creatura illius sumus ad
fortitudinis sue gloriā perduxit. In qua
vixit et regnat cū patre in vnitate spūs san-
cti: per oīa secula seculorū. Amen.

Explicit Omelia. XVI.

Incipit Omelia. XVII. que
exponit litterā capituli. XL. ab
illa parte: Thalami autem sex
cubitum erant hinc inde: vsqz
ad illam partem in eodem capi-
tulo. Et eduxit me ad atrium
exterius.

Memoratis superius thalamis
pphera subiūgit: quia thalami
sex cubitoz erant hinc et inde.
Qua in re magna nob questio
generat: cur superius thalamū vno cala-
mo mensuratū dixit: quē videlicet cala-
mū sex cubitos et palmū habere perhibus-
sit: atqz inferius thalamos sex solūmodo vi-
cit cubitis mēsurari? Si enī non ealamos
sed sex cubitis mēsurant: palmus deest
qui superius in mēsurā calami dicebat ad
esse. Sed si thalami sunt sensus atqz cogi-
tatiōes fidelū: in quibus caste ante cōdis-
tori suo in amore iungunt: et per sex cubi-
tos perfecta operatio: per palmū vero in-
choatio contemplatiōis exprimit: sancte
vniuersalis ecclesie debemus mēbra aspi-
cere: et citius inuenim⁹ qz sunt in ea tha-
lami vno calamo: et sunt alij sex tantūmo-
do cubitis mēsurari. Nam fideles quidā
in illa oīpotentē deū ita amāt: vt in ope-
re perfecti sint et in cōtemplatiōe suspēsi:
hi pfecto calamū in mēsurā habēt: qz et
sex cubitos operatiōis et palmū ptempla-
tiōis possident. Quidā vero oīpotentē
quidē deū colligūt: et perfecte in bōis ope-
ribus exercent: sed tamen cōtemplari ei⁹
magnitudinē subtiliori intellectu nesciūt.
Amant autē: sed inuestigare gaudia eius
claritatis ignorāt: hi itaqz sex cubitos ha-
bēt et palmū nō habēt: quia ei tā per amo-
rem iuncti sunt: sed ex cōtemplatiōe disun-
cti. Qui tamē thalami post cōmemoratio-
nē cubiti vnus hinc et inde esse referunt:
quia videlicet in amore auctoris ac redē-
ptoris nostri fideles ante et ex iudaico po-
pulo et ex gentilitate cōuenerūt. Et An-
de et idē redemptor noster cum a seculo se-
dens hierusalē tenderet (sicut euāgelista
testat⁹) multi vestimenta sua strauerūt in
via: alij autē frondes cedebāt de arbori-
bus et sternebāt in via: et qui preibant et q
sequebant clamabāt dicētes: Osanna be-
nedictus qui venit in nomine dñi. Marci
11. Mat. 21. Luc. 19. Saluator etenim
noster a seclū sedens hierusalē tendit: quā-
do vniuersusqz fidelis antea regēs videli-